



## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,  
Nunquam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

Chronicon Prosperi Tironis Aquitani, A Morte Valentis Imp. Ad Captam A  
Genserico Urbem, longè aliud ab eo, quod hactenus B. Hieronymi Chronico  
subiunctum est. Ex edit. Pithœi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)




CHRONICON  
PROSPERI TIRONIS  
AQUITANI,

A MORTE VALENTIS IMP.  
AD CAPTAM A GENSERICO VRBEM,

longè aliud ab eo, quod hætenus B. Hieronymi Chronico subiunctum est. Ex edit. Pithæi.

Pe. Pithæus Lectori S.

**H**oc Chronicon Prospero non antiquorum modò exemplarium fides, sed & Sigeberti Marianiq; testimonia adserunt. Et verò quamvis in annorum notationis valde confusum periturbatumq; sit, Prosperi tamen ingenium sic refert, ut non immeritò videatur membrum esse amplioris eius, quod ipsius nomine ab orbem condito ad captam à Vandalis Romam Gennadius Masiliensis presbyter se legisse testatur. ac miremur unde factum sit, ut aliud per Cossidigestum hætenus in omnibus Hieronymiani Chronici editionibus Prosperi titulo subiungeretur. quod etsi cum isto non pauca habes communia, utpote ad eiusdem ætatis historiam pertinentia, alterius tamen genij esse facile intelliget, qui utrunq; attentius legerit. Id ut iam possis Lector & hoc beneficio nostro habe ac frueri.




X. 2.

PRO

CCCLV  
SII  
III  
SIV  
Z4





PROSPERI CHRO-  
NICON.

\*\*\*

GRATIA-  
NVS. I.



GITVR Valente à Gothis in Thracia  
cremato, Gratianus cum fratre Valentiniano  
regnat annos sex. Hic paruulum fratrem  
bens regni consortem, probata ætatis vi-  
Theodosium in societatem regni asciscit. Hic Gratianus  
valde religioni fauens & Ecclesiis per omnia promp-  
fuit. Martinus Turonensium Episcopus Apostolicis vir-  
tibus insignis habetur.

THEODO-  
SIVS.

II. Theodosius in Orientis partibus lassam Rempu-  
cam reparauit.

III. Maximus Tyrannus in Britannia à militibus Imp-  
rator constituitur.

IV. Incurstantes Pictos & Scotos Maximus strenuè sup-  
rauit.

Priamus quidam regnat in Francia, quantum  
colligere potuimus.

V. Ambrosius libros contra Arrianorum perfidiam  
culentissimos ad Gratianum Augustum scribit.

VI. Maximus in Gallias transfretauit & conflictu con-  
Gratianum habito eundem fugitantem Lugduni inter-  
cit.

THEODO-  
SIVS.

Theodosius annis XI.

I. Maximus timens Orientalis imperij principem Theo-  
dosium cum Valentiniano fœdus iniit.



Apud Treueros Manichæi deprehensi summo Maximi studio exterminati.

II. Iustina mater Valentiniani Arrianis fauens, in Ambrosium & omnem Mediolanensem Ecclesiam diuersa iniuriarum genera congerit.

Reliquiæ Geruasij & Prothasij ab Ambrosio primùm Mediolani repertæ.

Hymni Ambrosij compositi, qui nunquam ante in Ecclesiis Latinis modulis canebantur.

III. Maximus indignum ducens contra Ecclesiæ statum agi, locum irrumpendi, quod cum Valentiniano iunxerat fœdus, inuenit. Valentinianus veritus imminentem iam ceruicibus suis Tyrannum, ad Theodosium confugit.

Honorius & Arcadius XXXII. CCCC.

Theodosius & Ioannes XXV. & XXIII.

Valentinianus & Martianus III. CCCC. XXV.

Augustinus Mediolani Rhetoricam adprimè docens omnis scholis ad fidem rectam conuertitur, cum ante Manichæus fuisset.

IV. Theodosius cum exercitu ad Italiam transgrediens Maximum interfecit, & Valentinianum proprio regno reddidit.

Iustina, quæ Ecclesias vexauerat, ne regnum cum filio reciperet, morte præuenta est.

Immane Thessalonicæ gestum facinus extincti populi egregio penitentia exemplo Imperator religiosus eluit.

V. Hæresis Apollinaristarum ab Appollinare cœpta.

Arriani, qui totum pene Orientem atque Occidentem commaculauerant, edicto gloriosi Principis Ecclesiis spoliantur, quæ Catholicis deputatæ sunt.

VI. Ioannes Ægyptius monachus, qui ob vitæ puritatē prophetiæ gratiam à Domino meruit, insignis habetur.

X 3

Post

Mc Can  
SII  
umy umy  
SIV  
24



Post Damasum Romanæ Ecclesiæ regimen xxxi. Syricius suscepit.

Apud Alexandriam defuncto Petro Timotheo post hunc Theophilus Episcopi constituuntur.

Ierosolymis post Cyrillum Ioannes Ecclesiam reor

Apud Antiochiã defuncto Miletio substituitur Flavianus. Ingens inter nostros contentio oborta, quod scilicet Episcopi, qui ab hæreticis depulsi fuerant, nollent huius Imperatore deiectis alios, quàm se, substitui sacerdotes.

Terribile in ecclo signum, columnæ per omnia fœta apparuit.

VIII. Apud Alexandriam templa destructa, in qua Serapis antiquissimum & notissimum templum, quod quædam columna ruentem sustinebat idololatriam.

IX. X. Valentinianus Viennæ ab Arbogaste Comite suo extinguitur, in cuius locum Tyrannidem Eugenius uadit.

Ad vindicandum Valentiniani interitum & opprimendam Eugenij tyrannidem Theodosius in Italiã transgreditur, aperto DEI fauore conspirantibus in id ipsum imperatoris.

Eugenio superato Theodosius x. i. regni sui anno obiit.

ARCADIUS  
& HONORIVS.

Arcadius & Honorius xxxii. annis.

I. Constantinopolis eminentem iram Dei, igne super nubem terribiliter fulgente formidans, toto ad penitentiam animo conuersa subterfugit.

Rufinus Bosphoritanus cum ad summam militiæ peruenisset, præferri sibi Stiliconem non ferens ab eodem interficitur, Hunnorum, quo fulciebatur, presidio deperato.



II. Claudianus poëta admiratione dignus habetur. Gildo Africanus in rebellione commota, consueta Romanis stipendia subtraxit.

Prudentius Lyricus poëta noster Hispanus genere illustri ingenij sui robur exercet.

III. Stilico magister militiæ Gildonem Mauritaniam interfecit, Africa ad pristinum ius redacta.

Romanæ Ecclesiæ cathedram xxxvii. Innocentius tenet.

IV. Toto orbe Romano antiquæ superstitionis templa destructa.

Paulinus, Nolanus postmodum Episcopus, admirabili exemplo venditis omnibus cum esset dominus innumerabilem prædiorum, religionem expeditus elegit.

V. Ioannes Constantinopolites Episcopus dictis factisque clarescit.

Martinus post egregiè actam vitam corpore exiit.

VI. Pelagius vesanus doctrina execrabili Ecclesias commaculare conatur.

VII. Contentio ex doctrina Origenis synodum apud Alexandriam mouit, cuius extitit sententia, ut extra Ecclesiam fieret, quicumque supradicti viri opera probauisset.

VIII. Solis facta defectio.

Augustinus plurima libris innumerabilibus disserit.

IX. Seuerus ex disciplina sancti Martini eius vitam tribus explicat libris.

X. Sæua Italiæ barbarici motus tempestas incubuit. Siquidem Radagaisus Rex Gothorum Italiæ limitem vastaturus transgreditur. Ex hoc Arriani, qui Romano procul orbe fugati, barbararum nationum, ad quas se contulere, præsidio erigi cœpere.

Multis

MCCLXV  
SII  
umy umy  
SIV  
24



XI. Multis ante vastatis urbibus Radagaius occubuit, in tres partes per diuersos principes diuisus exercitus, quam repugnandi Romanis aperuit facultatem. In triumpho exercitum tertiae partis hostium, circumdatus Hunnorum auxiliariis, Stilico usque ad internecionem deleuit.

XII. Archadius Orientis imperium gubernans vitæ explet, paruum admodum Theodosium filium Imperij successorum relinquens. Cælestinus xxxviii, Romanam ecclesiam gubernauit.

XIII. Diuersarum gentium rabies Gallias dilacerata, orsa, immisso quam maximè Stiliconis indignè ferentis, suo regnum negatum.

XIV. Vtica in foro Traiani terra diebus septem motum dedit. Inter alia multum Reipublicæ Stiliconis motum consultum est, qui salutem Imperatoris tendebat insidias.

Nestorius Constantinopolites Episcopus ad hæresim, quæ in Christo Deum ab homine separat, vertitur.

Ioannes Comes Africae occisus est à populo.

XV. Proculus Massiliensis Episcopus clarus habetur, annuente magna de suspecto adulterio Remedij Episcopi quæstio agitur.

*m. f. viribus.*

Hac tempestate \* præ valitudine Romanorum vitæ funditus attenuatae Britanniae.

XVI. Saxonum incursione deuastatam Galliarum partem Vandalis atque Alanis vastauere: quod reliquum tenuerat Constantinus tyrannus obsidebat.

Hispaniarum partem maximam Sueui occupauerunt. Ipsa denique orbis caput Roma deprædationi Gothorum foedissimè patuit.

XVII. Constantinus Tyrannus occiditur.

XVIII



XIIX. Rursum alia prædatio Galliarum, Gothis, qui Alarico duce Romam ceperant, Alpes transgredientibus.

XIX. Iouinus tyrannidem post Constantinum inuadit, industria viri strenui, qui solus tyranno non cessit, Dardani.

Ataulfus, qui post Alaricum Gothis imperitabat, à societate Iouini auertitur. Salustius quoq; & Sebastianus occisi.

Valentia nobilissima Galliarum ciuitas à Gothis effringitur, ad quam se fugiens Iouinus contulerat.

XX. Ingens in Gallijs fames.

Aquitania Gothis tradita.

Patroclus Arelatensis Episcopus infami mercatu sacerdotia venditare ausus. Heraclianus Comes Africæ, qui in Romanæ Urbis reparationem strenuum exhibuerat ministerium, noua quædam molitus interimitur.

XXI. Placidia soror Imperatoris diu captiua, postea etiam Regis vxor, Rege fraude sublato, Constantis conubio copulatur.

XXII. Gothi cum se iterum, Ataualfo perempto, mouissent, Constantis repelluntur occursum.

XXIII. Prædestinatorum hæresis, quæ ab Augustini libris male intellectis accepisse dicitur initium, his temporibus serpere exorsa.

XXIV. XXV. XXVI. Tricesimus nonus Xistus Romanam Ecclesiam regit.

Solis hoc anno facta defectio.

Faramundus regnat in Francia.

XXVII. Signum in cælo mirabile apparuit.

Maximus Tyrannus Hispaniarum dominatum vi obtinet.

XXIIX. Honoratus, Mineruius, Castor Iouianus singulorum monasteriorum Patres in Gallijs florent.

Y

XXIX.

Handwritten notes on the right edge of the page, including the word 'GALLIJS' and the numbers '333', '334', '335', and '24'.



XXIX. Constantio dignitas Imperij ab Honorio sp  
te delata, qua vix octo mensibus vsus interijt, Valentini  
o octo annorum filio derelicto.

XXX. Maximus Tyrannus de regno deijcitur, ac  
ueenam perductus sublimem spectaculorum pompam  
cennialibus Honorij præbuit.

XXXI. Placidia, cum infidias fratri tenderet, depre  
sa est, & Romam exilio relegata.

XXXII. Honorius Rauennæ defunctus.

Nulla iure debitum Ioannes ex Primicerio Nota  
rum regnum sumit, qui vulneratum multis cladibus  
quit imperiam.

THEODO-  
SIVS.

Theodosius annos xxvii.

I. Placidia ad Theodosium auxilium precatum  
Sigisvoldus ad Africam contra Bonifacium properauit.

II. In Gallijs Exuperatius præfectus à militibus inter  
tur. Muro Carthago circumdata, quæ ex tempore, qu  
tus illa destructa est, sanctione Romanorum, ne rebell  
esset, munimento murorum non est permisa vallati.

Ioanne ab exercitu Orientis victo & perempto  
uenna deprædatione vastata est.

Aëtius, Gaudentij Comitij à militibus in Gallijs  
filius, cum Chunnis Ioanni opem laturus Italiam ingre  
tur.

III. Valentinianus Romæ Imperator factus.

IV. Arelas à Gothis per Aëtium liberatur.

V. Placidia tandem illata optato regno.  
Clodius regnat in Francia.

VI. Cassianus compertas in Ægypto vitas patrum  
& trinasq; & regulas, libris ad plurimos datis, exponit.

VII. Aëtius Ithungorum gentem delere intendit.



IIX. Viginti ferme milia militum in Hispanijs contra Vandalos pugnantium caesa. VVandali in Africam transfretantes ingetem, lacerata omni prouincia, Romanis cladem dedere.

IX. Consulatu Aëtius edito Bonifacium, qui ab Regina accitus ex Africa fuerat, declinans, ad munitiora conscendit.

Asperitas nimij frigoris etiam salutis plurimorum perniciēs extitit, Bonifacius contra Aëtium certamine habito percussus, victor quidem, sed moriturus abscedit.

X. Cum ad Chunnorum gentem, cui tunc Rugila praeerat, post praelium, se Aëtius contulisset, impetrato auxilio ad Romanum solum regreditur. Gothi ad ferendum auxilium à Romanis acciti.

Germanus Episcopus Antifiodori virtutibus & vitæ dictione clarescit.

XI. Aëtius in gratiam receptus.

Rugila Rex Chunnorum, cum quo pax firmata, moritur, cui Bleda succedit.

XII. Gallia vltior Tibatonem principem rebellionis secuta à Romana societate discessit, à quo tracto initio, omnia pæne Galliarum seruitia in Bagaudam conspirauere.

XIII. Bellum contra Burgundionum gentem memorabile exarsit, quo vniuersa pæne gens cum Rege\* Peretio *f. per Aëtium*, deleta.

XIV. Capto Tibatone & cæteris seditionis partim principibus victis partim necatis, Bagaudarum commotio conquefcit.

XV. Theodosianus liber omnium legum legitimorum Principum in vnum collatarum hoc primùm anno editus.

Siluius turbatæ admodum mentis, post militiæ in Palatio exacta munera, aliqua de religione conscribit.

Y. 2. XVI. Ec-

Handwritten notes on the right edge of the page:  
 SII  
 SIV  
 24



XVI. Ecclesiæ Romanæ XL. Leo suscepit principatum.

XVII. Pacatis motibus Galliarum Aëtius ad Italiam greditur. Deserta Valentinae urbis rura Alanis, quibus Sabida præerat partienda traduntur.

XVIII. Britannia usque ad hoc tempus variis cladibus euentibusque lacerata in ditionem Saxonum rediguntur.

XIX. Alani, quibus terræ Gallia: vltioris cum in diuidenda à Patritio Aëtio tradita fuerant, resistentes mis subigunt, & expulsis Dominis terræ, possessionem adipiscuntur.

XX. Sapaudia Burgundionum reliquiis datur cum digenis diuidenda.

XXI. Carthago à Vandalis capta cum omni circumfrica lacrimabili clade & damno Imperij Romani potestate deiecit. Ex hoc quippe à Vandalis possidetur.

XXII. Thracia Hunnorum incurfione concutitur.

XXIII. Bleda Chunnorum Rex Attila: fratris fratre percutitur, cui ipse succedit.

XXIV. Noua iterum Orienti confurgit ruina, quæ septuaginta non minus ciuitates Chunnorum deprædatione vastata, cum nulla ab occidentalibus ferrentur auxilia.

XXV. Meroueus regnat in Francia.

Eudoxius arte medicus, prauis sed exercitati ingenio Baganda id temporis mota delatus, ad Chunnos confugit.

XXVI. Eucherus Lugdunensis Episcopus & Arelatensis egregiam vitam mortem consummant.

XXVII. Hæresis nefaria à quodam archimandrita mota, cui fauorem præbens Theodosius obiit, septem per viginti annis in imperio exactis. Cui Martianus substituitur.

Placidia quoque post irreprehensibilem conuersationem



nem hoc anno vitam expleuit, filio vicesimum quintum annum in ipso consummante.

Valentinianus & Marrianus.

VALENTI-  
NIANVS &  
MARTIA-  
NVS.

I. Hac tempestate valde miserabilis Reipublicæ status apparuit, cum ne vna quidem sit absque barbaro cultore provincia: & infanda Arrianorum Hæresis, quæ se nationibus barbaris miscuit, Catholicæ nomen fidei toto orbe diffusa præsumat.

Attila Gallias ingressus quasi iure debitam poscit uxorem: vbi graui clade inflicta & accepta ad propria recedit.

II. Plurima hoc anno signa apparuerunt.

Insuperata Galliis clade accepta furia Attila Italiam petit, quam incolæ metu solo territi præsidio nudauerunt.

III. Synodus Chalcedonensis, vbi Eutiche Dioscoroq; damnatis, omnes, qui se ab eis retraxerunt, in communionem recepti, confirmata vniuersaliter fide, quæ de Incarnatione Verbi secundum Euangelicam & Apostolicam doctrinam per sanctum Papam Leonem prædicabatur.

Attila in sedibus suis mortuo, magna primùm inter filios ipsius certamina de obtinendo regno exorta, deinde aliquot gentium, quæ Hunnis parebant, defectus sequuti, causas & occasiones bellis dederunt, quibus ferocissimi populi mutuis incurfibus contererentur.

IV. Inter Valentinianum Augustum & Aëtium Patricium post promissæ inuicem fidei Sacramenta, post pactum de coniunctione filiorum, diræ inimicitie conualuerunt: & vnde fuit gratia charitatis augenda, inde exarsit fomes odiorum, incentore, vt creditum est, Heraclio spadone, qui ita sibi Imperatoris animum in sincero famulatu astrinxerat,

Y 3

xerat,

Handwritten notes on the book's spine: 'SIII', 'SIV', '24'.



xerat, vt eum facile, in quæ vellet, impelleret. Cum e  
 Aëtius placita instantius repetit, & causam filij commo  
 agit, Imperatoris manu & circumstantium gladijs cruo  
 ter confectus est, Boëtio præfecto Prætorij simul perempto  
 qui ei multa amicitia copulatus erat.

V. Mortem Aëtij mors Valentiniani non longo post  
 pore consecuta est, tam imprudenter non declinata, vt  
 terfecti Aëtij amicos armigerosque eius sibi met socia  
 Qui concepti facinoris oportunitatem dissimulante  
 cupantes, egressum extra urbem Principem, & ludo gal  
 tionis intentum inopinatis ictibus confoderunt, Hera  
 simul, vt erat proximus, interempto, & nullo ex multitu  
 ne regia ad ultionem tanti sceleris accenso. Vt autem  
 parricidium perpetratum est, Maximus vir gemini con  
 latus & Patriciæ dignitatis sumpsit Imperium. Qui cum  
 riclitanti Republicæ profuturus per omnia crederetur,  
 sero documento quid animi haberet, probauit, sic quidem  
 vt interfectores Valentiniani non solum non plecteret,  
 etiam in amicitiam reciperet, vxoremq; eius Augusti am  
 sionem viri lugere prohibitam, intra paucissimos dies in  
 iugium suum transire cogeret. Sed hac incontinentia  
 diu potitus est. Nam post alterum mensem, nunciato ex  
 frica Genseric Regis aduentu, multisq; nobilibus ac popu  
 laribus ex vrbe fugientibus, cum ipse quoque, data cunctis  
 abeundi licentia, trepidè vellet abscedere, à famulis Reg  
 ne dilaniatus & membratim deiectus in Tyberim sepultus  
 quoque caruit.

Post hunc Maximi exitum confestim secuta est multi  
 digna lacrimis Romana captiuitas, & Urbem omni præ  
 dio vacuam. Gensericus obtinuit, occurrente sibi ex  
 porta



portas sancto Leone Episcopo: cuius supplicatio ita eum,  
 Deo agente, leniuit, vt cum omnia in potestate ipsius es-  
 sent, tradita sibi ciuitate, ab igne tamen & caede, atque sup-  
 plicii abstineret. Per quatuordecim igitur dies secura  
 & libera scrutatione omnibus opibus suis Roma  
 vacuata est: multaq; milia captiuorum, pro-  
 ut quiq; aut aetate, aut arte placuerunt,  
 cum Regina & filiabus eius Car-  
 thaginem abducti sunt.



FINIS.



HISTO.

MCCLXXV  
 SII  
 um, um,  
 SIV  
 24